

pellatione postposita compellatis¹. Datum Laterani XII. kal. augusti, pontificatus nostri anno sexto.

9. Honorius III. verbietet auf Einschreiten des Generalabts und der zum Generalcapitel versammelten Aebte des Cistercienserordens, dass zu der vorgeschriebenen Erhöhung der Bezüge der Pfarrgeistlichkeit die Pfarrzehnten herangezogen werden, die dem Orden zukommen (f. 296). 1223 December 6.
— Lateran.

Honorius etc. venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis presentes litteras inspecturis salutem etc. Dilecti filii, abbas Cisterciensis una cum conventu abbatum, qui ad generale capitulum convenerunt apud Cistercii, nobis conquerendo monstrarunt, quod vos occasione statuti generalis concilii continentis, ut parrochialium ecclesiarum presbiteris de illarum proventibus sufficiens provisio assignetur, consuetudine persone episcopi vel cuiuslibet alterius non obstante, ipsos ad augmentandum provisiones presbiterorum parrochialium de decimis quas in parrochiis percipiunt eorundem nitimini coartare, licet decime ipse secundum moderationem concilii² memorati ad easdem ecclesias [pertineant] nec ipsi ius patronatus aut personatus obtineant in eisdem, non attendentes quod de ipsarum ecclesiarum proventibus, quos³ personae ac patroni (f. 296') sibi dicebantur pene penitus vindicare, huius est augmentatio facienda, sicut ex verbis eiusdem statuti colligitur evidenter. Ideoque presentium vobis auctoritate districtius inhibemus, ne abbates ipsos seu monasteria eorundem huiusmodi pretextu in hiis gravare de cetero attemptetis.

Datum Laterani VIII. id. decembr., pontificatus nostri anno VIII.

10. Honorius III. verbietet allen Erzbischöfen und Bischöfen, in deren Diöcesen Kirchen des Templerordens bestehen, die Leute dieses Ordens gegen die päpstlichen Privilegien mit Bann und Interdict zu belegen (f. 254). 1226 December 3.
— Lateran.

Datum Laterani III. non. decembris, pontificatus nostri anno undecimo.

— 'Quanto amplius'.

Vorurkunde für die entsprechenden gleichlautenden Urkunden Gregors IX. von 1237 November 11 und Innocenz IV. von 1246 October 27 (gedruckt bei Prutz, Malteser Urkunden I, n. 235; vgl. n. 171, 266, 301).

1) cod.: 'compellas'.

2) cod.: 'consilii'.

3) cod.: 'quas'.